quia sicut manus et brachium
operatur per digitos sic filius
per spum sanctum · filius autem
humanum et brachium patris dei
est · quia cuncta per eum ope
ratur · Ad cogitationes vero
eorum respondit · et in hoc de
tatem illa ostendit · et solo
deus cogitationes scit · ut vel
sic compellerentur credere in eum
huius cordis occulta videbat
Nam sedm crisostomum · cum

20 supponit in rationabi
esset timetur multitudinis
non audebant eum diuulga
re probabat ergo primo ra
cione tali quia si per demo
nem aliquis eiiciebat alios ·
sequitur q diuiso esset re
gnum · et sic non posset diu
stare potestas diabolo · et
ideo bene sequitur aduentus
dei · per que ptas demo
nis debebat auferri · Pri
dicit · Omne regnum in se
et contra se diuisum desola
te per diuisiones primi
pum contra se alternatim pug
nantium · desolabitur · et de
spatibus · et omnis ciuitas
uel domus diuisa contra se
per contrarias voluntates
et operationes non stabit sed
dissoluet · Nam sedm iero
nimum contrarie dissentiones
creant · discordia magis
dilabuntur · Inductionem
facit in tribus · in regno
in ciuitate in domo · sedm
triplicem vnitatem sub
quibus vnum homines · Alig
etm vnum tantum sub vna
lege uel iure et hm per reg
num · alios sub vna conscientia
domus · et hm per ciuitatem
alios sub vno ritu et socie
tate et hm per domum se
a regno ciuitate et domo
simul exemplum idest a
magnis · mediocribus et
paruis · ut per hoc ratio
nem quia ostendat sentio
rem et sufficiet · Vnde in
fortis · Nichil enim est in ter
ra regno potentius sed hm
per altercationem perit sed
aut dicendo de ciuitate

vel de domo Siue magnū
fuit pacem fuerit contra
regnū pugnās penit hec
ciuitas Sed si sathanas
per nos et ad meū impe
tum expellit et eicit sathā
nam. Demonū regnū di
uisū est cōtra se et diuisū
sbz. quod contra se pugnant
et ergo regnū et potestas ma
lignoz ipoz stare non potest
et ita finis mundi erit qua
uis ad finem mundi stabu
it ad temptandū nos Ecq
quid arbitrāe est q malus hō
bus quos sbi subditos tenet
quod ante finem mundi no
cessabit. tum ppter diuine
iustitie ordinatione et hoz
ad hoīm excitatione. tum
ppter ppheticā nondū im
plionem Vnde Crisostomus
Dicas dicet regnū contra
se metipsum bello diuisū nequa
quā desolabit. quod et in domo
et in ciuitate videmus Euo
cata et sathane regnum in
simum diuisum est. ita q̄si
dicat ab hominibus sathana
expellat. desolano regnū de
monū appropinquante Regnū
autem ēcōtra. i. hoc est q̄ ho
mines subditos tenent. et
iquum. ab hominibus pellun
hoc non est aliud q̄m regnū
eoz dissolui Et ante adhuc
in hominibus potestate tenet
manifestū est q̄ regnum ma
lignum adhuc stat et non e
contra regnum diuinū hec
crisostomus Moraliter reg
num diuisum est animus hoīs
malis cogitationibus re

bellat ratione. et hoc regnū de
solatur. quia postq̄ gratia est re
tracta inde recedit et diabolus
magis editur Item per regnum
se diuisū significat omnis
congregatio carens concordia
et pace in qua siue duo sathā
ne quoz quilibet nititur pte
suam ampliare. aut si possit
alteri parti guale. et talis
congregatio desolabit. et dis
cordia dissipabit. quia si mul
a se diuisi per contrarietate
affectuū non potest durare
sed deficit domus et congregatio
hoz Sed heu nos inuenimus
aliquos homines qui tantā concor
diam habent in bono. quantā
mali spūs habent in malo
Quamplures sunt infirmi et multi
tudes omnes tamen in eo concor
dant q̄ nichil nisi malefacere
desiderant Et prima sic homines
in bono concordarent et ad fa
ciendū bonū se mutuo iuuarent
Deinde q̄buit hoc idem sub ra
tione que talis est Eiusdem
potestatis est eicere demonia
per me et per filios vestros
sed illi sdm vos non eiciunt
demonia in principe demoniorū
ergo nec ego Vnde dicit Si
ego in beelzebub id est auctori
tate principis demoniorū ei
cio demonia a corporibus obsessis
filii vri similiter exorcistę sdm
beda et rabanū. vel aptā de
eis natā. sdm augustinū et
hieronimū. in quo id est in qua
gratia eiecti estis quasi diceret
Cum non possitis attribuere
eiectione per filios vestros sancta

ms̄ virtuti dñne · per conse
quens nec electione facta pri-
me p̄ deo ipsi induces vestri e
runt stituet exortiste vos con
dempnantes de mendacio q̄d
dicitis contra me quia s̄ m
virtute dei eiuit multoplu
et ego eiuis oppositu menda
citer affirmatis hoc demon
attribuendo · vel apti de eoz
stirpe genit · qui sibi bene
tenten sint mihi male arti a
p̄o dicasse · erut induces eo
m̄ futuro stituet assessione
et appbatione indigne q̄ sed
bunt m̄ duodecim solidi · in
dicantes duodecim tribus
israhel · Deinde eius falsitate
pharaonis · astruit veritatem
quia hoc quo non erut virtu
te diaboli scripturu · q̄ erut vir-
tute dei · cum aliud medium no
possit dari · Dicit ergo Chr id
est quia m̄ digito et stru dei
eicio demonia et sic de pello
regnu diaboli ut conclusum
est eo preductis · et exp̄lspo
nunc contrarium est nutrodu
no alterius · p̄fecto puenit
in vos regnu dei · id est ego
d̄ps · qui deus deo regnat
in vobis · quare ergo me blas
phematis · vel regnu dei id
est tempus gratie ad merendu
regnu glorie · quod vobis
offertur · si vultis recipere
quod offert · dum per verba
veritatis et miracula potestat
p̄dicatur · vel puenit in vos
regnu dei · id est aduius reg
in cele · pacefactus est vob
et credentibus p̄batio ergo
q̄ demon non est auctor · intra

eius de inde consequens p̄bat
d̄ps multiplicitez q̄ spe
non est minister diaboli · et
prima ratio talis est an
minister non est potentior a
rore · sed d̄ps potentior est
diabolo ergo d̄ps non
est minister diaboli · hoc aut
sic ostenditur · Nemo enim potest
quisquis intrare in domu
fortis domu suam custodi
entis · et bona eius diripe
re nisi prius tamquam fortior
alligauerit fortem · et tunc
eo victo domu et vasa ar-
ma et spolia illius diripi
et auferet et distribuet ·
Diabolus fortis est fortitu
dine naturalium bonorum de
quo scribitur in iob q̄ non
est potestas super terram
que ei comparetur · Arma
eius sunt astutie et dolo
negotiorum · ornatus et ope
rimenta · Dominus
et alii eius est multi
tudo primitiuorum · ipse ad pal
matoias adiecentur · papa et
spolia eius sut homines ob
ligati vel decepti a diabolo
Hic custodiente atria sua
in quo stulte in domo domi
habitabat · in pace fuerunt
omnia sua q̄ nemo sibi re
sistebat · et adhuc in pace
sunt ad eu omnia que pos
sidet · id est omnes peccato
res qui ei obediut et fauet q̄
sicut gregorius · illos fal
sare negligit quos iuste
iure possidet · sed fortior
eo · scilicet dñs ihesus

mens id e desuper de celo
vemens. Vnat eu temptan
ombus eius virtu resistēd
passionem ab eo perpatiēd
patienter sustinedo. cogn
inferni vulgato et sub pe
de dm contrito Vnusa eius
arma id est callidissimas
versutias neq̃ue spūa
lis in quibus confidebat
abstulit. eis compestendo
vel detegendo. et vasa eius
diripuit id est peccatores dia
bolo subiugatos a potestate
eius eripuit. et spolia eius
distribuit. id est peccatores pius
a diabolo captos diuersis
officijs ecclie strias assigna
uit. qua quosdam apostolos
alios euangelistas. hos pphe
tas illos pastores et docto
res ordinauit. Secundu
bedam distribuit spolia in
regno ecclie tum inuisat
gm triumphantis in diuis
dignitatibus et primis. et
qua opus ysa fecit sequit
q potetior e demembrauit
ideo non est mister eoz. in
tutte eoz egis ad credēdū
Eo quo etiam concluditur
q ipe sit vere opt. qua i
aduentu xpi potestas deo
mis erat diminuenda et
extenda Non ergo debem
esse securi. quia aduersarius
noster fortis victoris q
pcibus compbatur. nec de
bem desperare quia prin
ceps in fortior illo non

dubitatur Unde crisostomus
Non debet hostem timere fortē
qui habet principem fortiorē
Sed vigilemus et laborem
ne ni fiducia principis fortioris
contemptus aduersarius ruat
Nam si contendim contra eum
fortiores illo sum. si autem
negligim ille fortior inuenit
fortem in diabolu nostra
negligentia facit. non illius
potencia. hec crisostom Unde
et gregorius Diabolus cui ei
resistit est debilis sicut formica
cui vero eius suggestio resistit
est fortis ut leo et hieronim
Et emptamenta si ad te respiciat
grandia sunt si ad deu bellato
rem fortissimum ludus et um
bra sunt Unde ponit stadium
rationem que talis est non
minister et actor concordant in
voluntate. sed opus et diabolus
habent contrariat voluntates
ergo opus non est minister dia
boli Et hoc est quod dicit Ruy
non est mecu in bono concordes
mee voluntati contra seu ad
uersum me est. et minor est
diabolus. quia opus vult
animas saluare. sed diabolus
vult eas perdere. opus vult ho
mines a peccatis retrahere et ad
virtutes reuocare. diabolus
ad peccata trahere. et per vitia
distrahere Unde secundus
Diabolus qui cui deo non est
contrarius est. quia ille vult
quas tenere captiuas quas
opus liberare desiderat Dein
de ad idem ponitur tertia
ratio talis Eadem sunt opera

actoris et mistri sed non cade
dpi et diabli ergo dpis no
est m operando diaboli mister
et hoc est quod dicit qui
non congregat seu colligit
mecu stituet m fidei vnitate
m ecclesie sinu m oule sup
nd spargit sue dispergit sic
cut lupus et hic est diabolo
qui diuersas sectas et here
ses ac scismata quatu potest
introducit Ducta em sue
opera dpi et diaboli quia
dpus colligit dispersa sed
diabolus dispergit congre
gata Ille predicat rdola hic
vnus dei noticia ille ad alt
ad malu hic reuocat ad bonu
hinc ergo et alijs modis diabo
lus est contrarius dpo et non
est secu per concordiam uo
luntate et facto et ideo no e
secu nec cooperatu sibi m ei
tiendo demones et dopellen
do Vnde exposto Qui ig
non mecu est negs mecu con
gregat non erat michi coo
perator ut mecu demones
ejiceret sed magis que mea
sunt dispergere desiderat De
inde post instructione veritas
subdit commatione damp
natois Qua em eos midu
catos sermonibus q̄ suasibi
les videt ad commationes
et terores se conuertit ut blas
phema spus sancti per qua
pecrabat directes opus spus
sancti m beelzebub sicq di
cat omino cave vema et m
hoc seculo et m futuro mtel
lige tame msi penitencia de
pcto Vnde exposto Qua

dns pharisei excusando
respondeat iam cos terret
est em hec correctionis no
pua pars non plu ex
cusando respondi sed et co
mmai Dicit ergo Qua
non vultis atq̄ esse tam
omnibus nec operibus mo
blasphematis ideo dico
vobis veraciter et pro cto
q̄ omne pcm et blasphe
ma stituet predens ex
humana infirmitate uel ig
norancia remittet hoibus
per penitencia id e remissi
bile pcm est de se quatuo
obuiat directe principio
per quod fit remissio pcto
rum obuiat pcm m spm
sanctu Qui ergo sue spei
stituet desperando propio
obstinato finalis m pe
tencia inuidencia fraterne
gracie impugnatio ve
ritatis agnite Vnde sub
ditur Quisquis aut blasphemie
non remittetur id e diffi
cile et vix remittet quia
vix aut nuquam tales pe
nitent quia hoc pcm tu
non habet aliquam sue ex
cusationis rationem Et hoc
patet differencia int pcm
blasphemia et spm blasphe
mie quia duo prima sunt
remissibilia tm Qui no pc
catu est m se uel m alteru
blasphema m deu que si
est ex ignorancia uel in
firmitate dicit simplicit blas
phemia si ex certa ma
licia dicit spus blasphemie
Vnde blasphema erat m
turbis sed spus blasphemie

m phariseis · qm stricte sc̄ṫ
tutis · eo studia mpugna
bant opa dñi · et eo certa
malicia blasphemabat dm
dicentes falsa de ipo · qm
mracula diuinitus facta
attribuebant diabolo quod
erat mpugnatio veritatis
agnite quedam species pec
cati m sp̄m sanctu ¶ blas
phemia quippe est · per
quam de deo falsa dicut̄.
sed sm̄ augustinu · nō
tam inuenit̄ qui blasphe
mant lingua · sed multi
puta ¶ cudam aut blasphe
mant eo coactioe et qm
pecant m patrem per m
firmitate que est contra
patris potetie · quidam eo
decptione et qm pecant
m filiu per ignorantiam
que contrariat filij sapi
entie · quidam eo studio et
qm pecant m sp̄m sanc̄m per
malicia que est contraria
spūi sc̄i bonitati · ¶ Omnia
et sm̄ dimittet̄ digne
pmitentibus · quia eo ali
qua circūstantia remissioe
digna est silicet quia per
infirmitate uel ignora
ciam commissum est · quia
pena attenuat · sed tertia
non remittet̄ ide remis
sione digna non est · ex
circūstantia eo excusante
non habet · ne excusabilis
eis meretur supplicium · qui
si voluisset potuit vitare
pena · unde bernardus
potencia ad patre · sapi
entia ad filiu · caritas per
tinet ad sp̄m sanc̄m · hoc est
quod alibi dicit̄ peccare in pa
trem · peccare in filiu · pecca
re in sp̄m sanc̄m · ¶ qm enim ex
fragilitate peccam⁹ in patre
quasi contra potetia peccam⁹
qm ex ignorantia peccam⁹
in filiu peccam⁹ · quasi contra
sapientia · qm vero ex mali
tiosa malicia peccam⁹ in sp̄m sanc̄m
peccam⁹ · quasi contra dilec
tione ¶ et ideo peccare in patrem
et filiu hic siue in futuro
remittitur · quia ex fragili
tate uel ignorantia peccatū
statū aliqua excusationem
habet in culpa ita etia aliqua
remissione habe debet in pena
siue in hoc seculo si penituerit
ut facilius consequat̄ indul
gentiam · siue in futuro secto
si in malo p̄ueneat ut to
leabiliore sentiat pena ¶ qui
vero ex malicia peccat cō
dilectu nullam excusatione
habet · et ideo pena dimis
missionem habe non debet ·
quia si penituerit in hoc se
culo plena satisfactioe mulc
tandi fuit · si non penituerit
plena dampnatoe in futuro
seculo · non quia penitentib⁹
pena denegetur · sed quia
pleno pro plena retributio
debeat̄ hoc bernardus ¶ ps
ergo blasphemia non remit
tetur homi · non q̄ ei neget̄
remissio si penitet · sed q̄
hic blasphemi⁹ exigentibus
malis meritis · sicut nulla
ad remissione · ita nec ad pe
nitentiam puenturus est · vñ
aut johannes · ¶ est peccatu ad

mortem non pro illo dico ut ro
get quis eodem gregorius Per
catum ad mortem est petrus usq
ad mortem pro quo non est
rogandum · quia stultus petit
quod hic non corrigit² cuius
vema frustra postulat² Pec
catum ergo in spm sctm est ob
stinato uel ptmacia malicie
in nequicia obduratc precedes
eos presumptione uel despe
ratione Cuius enim presumit
de misericordia dei p̄mittes
sibi impunitate putas ita deus
peccata impunita relinquet · eo
ipso obstinat² id est ptmaciter
in peccato obdurat² · peccata
peccatis superaddes · et ita peccat
contra iustitiam spus sancti
qui ita misericors est in iusti
cia q̄ est et iustus in misericor
dia · qui oleum habet cum vi
no et viceversa Cuius autem ppt
magnitudinem sceleris de
speratat de misericordia dei
tanquam magnitudo peccati
sui excedat magnitudinem
misericordie dei · inde obsti
natur peccata peccatis superaddes
de peccato in peccatum effrenata
libertate ruens · quousq; ad
cumulum damnationis veniat
Sed quadruplex tota ecclesiastica
peccata remittat · minora tamen
peccatum ideo specialiter attribuit²
spiritui sancto · quia sps sctus
amor est patris et filii et
benignitas utroq; Cuius
autem desperat vel p̄sumit
specialiter facit illi iniuriam
huic benignitati attribuit²
remissio peccatorum · quia putat
eum misericordie uel iustitie
cui sicut eius misericordia per
cata remittit · ita eius iusti
cia ea impunita non relin
quit · Unde ergo de misericordia uel iustitia spiritus
sancti sentit · qui desperat
vel p̄sumit Sicut ergo mor
bis medicabilibus dicit² qui
directe tollit remedia per
que expellit² morbus et
curat² · ut qui tollit virtu
tem nature · vel operatione
virtutum naturalium · deus ty
cum est super omnia potest
curare eum · sic peccatum in spm
sanctum contemnit
et excludit illum per que
peccata deberet pelli et cu
rari ut timore diuine
iustitie et spem veniae et
honoris · et sic eo ipso natura
dicit² ut re impossibile deus
tamen sua benignitate omne
peccatum peccatoribus remittit
Unde dicit² ut re impossibile
quasi de difficili et vix
remissibile De hac mate
ria sic dicit augustinus Duo ca
pitula vestre · forte in or
bis sanctis scripturis mul
la maior questio nulla
difficilior inuenit² in eo
quod aut · qui blasphemauerit
in spm sctm non habet re
missionem meritum · no quo
cunq; modo blasphemauit
reus erit huius irremissi
bilis delicti · sed modo quo
dam que nos qualitercunq; in
telligere voluit qui hac
sententia veram tribuit
deprompsit In spm enim sto
quidam in unum dei populo
congregat² erunt² spus in

mudus qui in semetipm
diuisus dicit. Contra hoc
donu gratuitu contra ista
dei gracia loquit cor ipe
mens. Ira ergo i penitencia
est spus blasphemie q no
remittetur neq; in hoc se
culo neq; in futuro. Con
tra spm enim sanctu quo
baptisant quoz peccata
omia dmittut. Et qm
aceptu ecclia ut ciu dmit
tit peccta dmittatur ei
uerbu valde matu et in
mis impiu siue cogitatioe
siue ecclie lingua sua dicat
quem paciencia dei ciu ad
penitenciam adducat. ipe
ditu duricia cordis su
et cor impenitens thesauri
zat sibi iram in die ire et
reuelationis iusti iudicij
dei qui reddet unicuiq; se
cudu opera eius. Hec ergo
omnio impenitencia. non
habet remissione neq; in
hoc seculo. neq; in futuro
q; penitencia impetrat re
missione in hoc seculo. que
ualeat in futuro. Sed ista
impenitencia uel cor impe
nitens. quidiu quisq; in
hac uita uiuit non potest
iudicari. De nullo enim de
sperandu est quidiu pa
tiencia dei ad penitencia
adduat. nec de hac uita
raptu impiu quis non uult
morte impij quatin ut
conuertat et uiuat. Deo
aut omne prius peccm et
blasphemia remittet hom
bus. qua ubi hoc peccm
non fuerit cordis impenitentis
contra spm sctu quo in ecclia
peta soluunt cuncta alia dmit
tut. Cui autem hoc dmit
tetur. quod ecclia remissione
impedit alioz. Omnia ergo
dimittut eis in quibus hoc
non est quod nusquam dimittet.
In quibus aut est quin hoc nu
quam dmittat nec alia dmit
tuntur. qua omi remissio un
culo istius impedit. Deo pec
cato hmane atq; omni blasphe
mia dimittetur hominibus
in hac congregatione qui
in spu sancto. et non adue
ro semper diuso congregat
populo. Cui aut spus illa
blasphemia qua sit in corde
impenitenti huic tanto dei do
no usq; in finem uite istius
resistat non remittet. Primo
ergo suffugiu est ne sit ue
nenosis blasphemia. cor
impenitens blasphemat cauc
atur. nec aliter penitencia
posse credat. nisi ut tene
atur ecclia. Ubi remisso pec
cato datur. et societas spus
in patris unculo custodiatur
per aug. Deinde ad refel
lendu et corrigendu phaa
seu errorem. inducit simi
litudine arboris. Ostendens
quia miracula sua. non
sint a uirtute maligna et
diabolica. sed a uirtute bona
et diuina. Inde dicit aut
facite arborem bonam et fruc
tu eius bonum. aut facite ar
borem malam. et fructu eius
malu. loquit uulgariter.

facite id est dicte. sdm q dicat
iste facit bonu. id est dicit ar-
bor autem hic accipit primi
pud ipos opend. et fructu
pro operi pt' arbor vero
et fructus semper est similitu
do qua arbor bona semper
fructu bonu et arbor mala
fructu malu p'dicit. ergo q
o pcd maculosa que dps fa
ciebat non erant mala et ui
na sicut que fuit aute magi
ca. sed erant bona et salubria
concludit q principio per
quod talia faciebat erat stim
et bonu quasi dicat dns
de ate fructu arboris bone et
fructu arboris male. ut ex
fructu cognoscatis utrum sit
bona an mala. quia ex fruc
tu arbor cognoscit. similu
considerate opus actoris utr
sit bonu an malu. q opus
bonu procedit a bono principio
et malu a malo et sic ex bo
nitate operis que ego facio po
testis p'hendi. q virtutis p quia
ego facio non est mala. sed bo
na. et ex opibus que fiunt p
arte magicam. ex qbus fiut ma
la et iuda. potestis p'hendere
q fiunt virtute maligna. u
plus ergo q facio extendo de
nomia cu sit bonu et no ma
lum. non est a malo principio
quale est demonu. sed a bo
no principio quod e spiritu
scts et tale ei go dicitis. quia
ego in beelzebub eicio demonia
ubi augustin in hoc admonuit
nos dns ut bone arbores su
mus. et bonos fructus habere
possimus. ubi enim aut. sante

arborem bona et fructu ei
bonu est pceptu salubre.
cui obedientia necessaria
est. aut dicat. facite ar-
borem mala et fructu eius
malu. non est pceptu ut fa
ciatis. sed monitu ut cau
eatis. hec aug. Deinde qua
si explanando et optando
dicta similitudine phari
seis. ostendit falsitatem eo
raditem. radix enim ista e
rat iudia et odiu. quo li
cet pharisei et legisperiti
prius cognouerunt opm.
tamen quia cepit reprehen
di' uita eo ideo tota
penit odiu et mundum
contra dpm. ex quibus
exortam cecidit ut a prima
notitia in errore. q talia
p'suasit iudicium rationis
rectu. et exortus incepit
omia facta eius interpta
in malu ad diffamandu
pm. ostendit ergo illos
esse malam arborem ex ma
la radice et malos fructus
dare. cui in intentione cor
dis erat malicia habuit
iudie dicens. progenies
seu gemmina viparu
id est venenati filii vene
natoru iudeoru. quia ve
nenu iudie. ex uris pen
tibus traxistis. qui p'stiti
sti ypocrite ex iudea. et vos
ex eadem ratione p'sequi
mini me prem dpm. et ma
trem ecclam. quo potest
bona loqui cui sunt mali
cuius dicet. non potest
de me bona loqui iudea
p'hibente. cui enim sunt ar-

Chor

dor mala non potest̄ fruc
tu bonū ferre Verū ia qu
dem aliqs possut loqui · sed
non meritoria sbi · vbi ch
ostom⁹ Non potest frei
ut alia germina p̄duat
mst qualis fuit radix ny
tra voluntas em hom
radix est verba aut et o
ped fructus sut voluntat
deo quale cor vnusquisq
habuerit talia et verba lo
quat̄ et oped facit · hec ch
ostom⁹ Et ideo subdit̄ Ex
habudancia em cordis os
loquit̄ · quia verbū exte
riꝰ ē sgnificatiuū interi
oris conceptus Quasi di
cat Cor vtiq plenu est de
reno et eructuat de pleno
A parte aute totu intellige
scilicet per locutionē oris
locutione cordis · et locuti
onem operis · per oris em
locutionē vniuersa que ac
tu uel cogitatu vel sermone
de corde proferunt̄ dns sig
ficat Nam verbū pro re
quib⁹ ponit̄ · vnde ysa
ias de ezechia Non fiunt
verbū quod non ostendet
eis · id est res dignū verbo
vbi crysost⁹ Et vide ad ma
iorem accusationē malo
et ad maiore laude bonoꝝ ·
quod dicit Ex habundancia
cordis os loquit̄ · id est cū
homo locutus fuit verbū
bonū vel malū · ne putes
quia tantū bom uel mali
habet in corde quātū osten
dit in verbo · sed multo am
plius Ex habundancia em
bom uel mali que est in corde
sermo procedit Quod em exte
rius dicit̄ est superfluencia eius
quod intus est In quo eos re
hement̄ tetigit · Ex em quod
dam est ab extra est malum
excogita · radix verboꝝ qm̄
est magna hec crysost⁹ Et
ideo ut dicit greg⁹ · cauendū
est et om custodia mens ser
uanda · non em ante oculos
dei transuolant cogitatiões
nre · et nulla momenta temp⁹
per animū transeūt sine stu
dio · et butrioꝝ Et quia ex ha
bundancia cordis os loquitur
ideo hꝫ sequit̄ Bonus homo
de bono thesauro suo id̄e de
bona intentione et voluntate
que latet thesaur⁹ abscondit⁹
latet interius in mente · profert
bona cogitatiões · locutiones
et operis · et malus homo · de
malo thesauro suo profert ma
la · quia contrarietas culpe habet
contrarios effectus Ac si dicat
vos mali estis · ideo de thesauro
cordis vestri non mst mala
proferitis Tenendū glosa Thesau
rus cordis est intentio ex qua
deus iudicat opera · vnde aliqn
mora maiorem et maiorē
minorem habeant meritū dem
Sepe em maiora in genere ·
minora fiunt caritate et eroues
so Fiunt sepe aliquis maiori
caritate dat elemosyna qm̄
alius cantet missam · ideo ch⁹
hic magis meritum de elemo
syna qm̄ ille de missa · Vnde
paupercula vidua dabido duo
minuta pauperata est diuti
zacheo · quia deꝰ non pensat
quātū sed ex quanto De pdra
similitudine arboꝝ et aliis

iam tactis·habes etiam supra
scripta finem sermonis dñi
in monte vbi plura de hijs
vide poteris ꝓsequi aute
ꝑcessit ꝓbandi et diffinedo co
sequenter ꝓcedit commando
ne credamus puru virum male
loqui et mala verba non pu
nire ita ergo malus ꝓfert
mala verba·que quidem no
sut pupendenda·qm de omn
verbo ocioso·non tm pmcio
so reddent homines rationem
quod erit valde difficile·qz
locutu sut sine ratione uel
reddenit rationem id est soluet
in die iudicij pena·quod in
dictu erit terribile·qz sme ꝑ
peme Si aut dicat qz ver
bu ociosum est quod ratione
vacuu est·ergo de eo non de
bet queri·nec ꝑt ratio reddi
respondendu qz licet ociosu
sit ratione vacuu·tamen quia
verbu debuit habe rationem
ideo de ipo exigit ratio stri
cte obmissionis rationis Et ex
hoc patet qz longe magis ver
bu nociuu et crimiosu acut
punctur·et reddet in die iu
dicij homines condempnabiles
quale est verbu ex quo opera
factus spus sancti caluppni
atur et blasphemat dicentes
in beelzebub erat demonia·
Et est sensus secundu ieron
Si ociosu verbu non est absq
periculo eius qui loquit et in
die iudicij reddet unusquisq
rationem sermonu suoꝝ·qua
tomagis vos reddituri estis
rationem calupnie vestre Ca
ueant ergo sibi detractores o
pera ꝓximoꝝ imminentes

vel infamantes·dicendo illa
esse facta in ypocri·uel pro
pana glia uel aliquo mo
bito fine et ita in beelzebub
demonia ꝓpterea Exem
pla iudicat dns de verbo
ocioso·quato magis de no
civo et crimioso ꝑt autē
dicit Jeronim·Ociosu ver
bu est quod sine vtilitate
et loquentis dicti et audien
tis obmissis seriis de rebus
frivolis loquam·et fabu
las narrens antiquas ce
teru qui scurrilia replicat
et cachinnus ora dissoluit
et aliqd ꝓfert turpitudis
hic non ociosus sermonis
sed crimiosi tenebit reus
ideoqz in verboꝝ ponder
ꝓbatio constitit humane vite
Et uterius dicit qz non edi
ficat audientes in periculu
pertitur audientiu·Unde
et origenes Inanis est ois
sermo in quo non e mirm
fructus aliquid pro deo uel
pro dei mandato·Unde etia
Gregorius Ociosu verbu
est·quod aut ratione iuste
necessitatis·aut intentione pie
utilitatis caret·Et si de ver
bo ocioso et cogitatione mi
nutissima reddenda est
ratio in die nouissimo·pen
sandu est quata pena se
quatur·multos fecit em de
mirustruusq vias conside
rat sic gressus enumerat·
ut nec minutissime cogita
tiones aut tenuissima ver
ba·que apud nos vsu ne
cessit·eius iudicio mdis
cussa remaneat·Unde et

chrisostom⁹ · Scio⁹ verbu
mtelligitur · non malu⁹ sd
bonu⁹ quod non operatur ·
id est quod non edificat au
dientē Et ergo pro bono
verbo et ocioso ratione su
mo datum · quid speramus
de malo Et si de malo ver
bo rationem datum sumus
quid speram⁹ de opere malo
hec chrisostom⁹ Et ideo cauen
du est a verbis ociosis et ma
lis Et verbis eni⁹ tuis iustificā
mur bona ac bonorum meritis
condona · et sub debitis cri
stanis plura · iustificabe
ris id est mereberis inde tumē
iustus remuneraberis · et e
verbis tuis condempnaber
is fuerint mala et predictis
contraria Scriptu est enim
m⁹ publicis qi mors et vita
in manibus lingue Et ideo
ex sermonibus tuis iustificā
beris vel condempnaberis
quod omni est iustissimu
dem tu dns es et distendi
et non distendi · Unde chris
tom⁹ · Pauescendu iudiciu ho
em ex quibus alius dicit
de te · sed ex quibus premet
occultis et calculationes
inde feret et tu dns es di
cendi Et iterū · Unusquisq
hom ex voluntate sua sola
aut peccator aut iustus con
stituit⁹ condemnat⁹ aut mg
nunciat⁹ proprie voluntas testi
monii tribuis id est cogita
tionu verboz et operu Ita
chrisostom⁹ · Vide ergo docem
ut os meum custodia⁹ ne ver
bu ociosu vel mala loquam
quia scriptu est · Vae quib⁹ non o
peruit cito in medio fit · et
quidq est miserius cito frigescit
et est et de corde mali os quod
est cuius operi ad tenebat⁹ · cum
districta custodia claustri et ui
dui⁹ gregis ab omni retinendis
statu peremut · quis pei nocua
verbi dilabuntur⁹ Et ideo frequen
ter⁹ dicetis pone dne custo
diam ori meo et ostiu circumsti
cie labiis meis · Unde chrisosto⁹
magis virgi virgine aliquia cus
todi imgina Equius est rega
tis imgina Et igit⁹ imperfecti
frenu et decuerit ambulare
in bona compositione · quesit
super eam · et desuper predebu
erit Et aute infrenata dmm
cetis fenu · et saltare diaboli
et demonia cessio fit hec chri
sostom⁹ Unde origenes ex
quis verbi dei loquunt⁹ os dei
aperit · illoz quis loquunt⁹ men
dacia falsu testimoniu simu
lates · tui prudenter fugiu rone
quoq et detractoz et eoz qui
ociosa loquunt⁹ · diaboli⁹ aperi
os · Magnu ergo periculu est
loqui de secularibus et remis cu
multa sint diuina et utilia
de quibus loqui possim⁹ · Un
ambrosius Non mediocre pe
riculu est cum tanta habamus
eloquia dei et opera · que sunt
nob⁹ promissa loquis que secula
sunt Et mdenme a verbis de
tractoribus caue⁹ debem⁹ ne ma
le loquam⁹ de alio⁹ · Unde aug⁹
Unde quo magistris · si quis de
te male loquat⁹ caue magistra
alteri · qui de te male loquit⁹
sit magister tibi qui de altero
male loquit⁹ Et non solu
caue⁹ debem⁹ ne verbis detra
toria loquam⁹ sed etia ne au

dianus · qua si non esset audi
tor non esset detractor · Unde
bernardus detrahe aut de
trahente audue quod horri
dampnabilius sit non facile
dixerim Et utend' imgina
detractoris et auris auditor
diabolus sedet super verbis
Cauendus etiam est valde a
verbis contentiosis et inuo-
sis qua occasione dant multis
malis · Unde augustin' Conte
cio est alterius tonsa Rasti
tus aute ea vana gloria que
dicit · amor victorie Nemo en
diu contendit · nisi qui inue'
concupiscit Studium tibi pu
tas esse si uerius · sed occidis
ti amicu · et amicitia cuius ni
hil et ideo quasi de amico or
diso dubius ? utrobique Nam si
homines non occidisti forte gla
dio amicu tamen occidisti gla
dio contentiosi sermonis hec
augustin' Multu nisi precau-
cione debes ne prem verbo
vel cogitatu iudicem' Unde
augustin' Hec sermonib' tuis
condemnabere aut Non au
dis quis et pharisei vera lo
cutus est · sed tame vltima
dedit vindicta Item habet
iudicem qui delinquit Re ugit
capias dignitatem ministerii
ille iudex thronus costituta
est Quod si vis iudicare est tibi
iudicium multu iustu habes
Quidete fac in conscientia tua
intellectu discretione · et affec
in medu animi deiecta tua
et tuos iniqua quera animo tuo
et exquire eis diligentia noxas
et dic apter quid hec tu fac'
ausa es Et si hec quidem
fugient omia · que autem
ulciora sut nec fugient de
ad eam Non pro hys te iu
dico · non pro hys nutrias
te accusatrix Quid enim
ille doleat cui tu hec et hys
deliquisti Exercitantem te
accusa que tuipsius sunt
miserez · non que alioru
Et continue eam in hanc
deduc agoniam Deinde si
michil habe dicat · sed et tibi
datur · Diuina flagella ea
veluti grandem ancillam
elatam et formosam Et hec
sedens quaque die consi
huc iudicium et subscribe flu
men ignis per medium consi
encie penetrans cinctentem
et alia loca tormentor et
ne dimittas eum esse cum
Diabolo Et si doluerit · hec
audiens nec subito alias ma
nu Non enim moriet' si p
cussit a morte aute' ani
et ipsa Et quo magnas
noxas expetzerit nequi ipe
magna delebunt Et hec
fecerit sedm quaque die
tum libera palatio stabis
secus tribunal illud terri
bile Ita paulus factus est
pius · apter hoc et dicit
Si nosmetipos iudicaremus
non utique iudicaremur · hec
cuius' mos aliter aut
m verbis sue m loquendo
audiendi sit quisp' sci
luet quid cui vbi quado
et qualit' dicat · Si sit que
quisq; digitu m meu im
pone Quid detrimenti apis
Dicens Sermo vester sit

161
1.7.4

semper m gracia sale con
ditus ꝛd est gratius vtilꝰ
sine ocosteate Onosꝰ su
bma que aut nutria aut
mhonesta aut nocma sut
fmalia sut que nec loquen
tibus nec audientibus p̃sum
phonesta que nec dignata
n loquens nec audiens
nec audientis conuenit Ro
cma que uel ad erroꝛem
uel ad prauitate ducut Cuꝫ
dr̃mnt sapiꝰ dicat Cu
stulto ne multu loq̃aꝝ
Cuꝫ ergo cu alio loquitu
consid̃t an p̃ntiꝰ uel p̃te
rita loqui habeat si p̃te
rita vtꝝ sit talis que sua
correctione indigeat uel qu
correctione non indigeat vtꝝ
quedam em sunt loca vbi
nullo modo tut m sanctita
te quedam vbi raro tut
m cotinuo quedam vbi
moderate tut m locutoꝛio
est loquendu Cuꝫ dr̃mnt
ecclesiastes dicens Tempꝰ
tacendi et tempus loquendi
Tacendu est aliqn p̃ audi
tol infirmitate aliqn p̃
uitandam p̃petratione ali
qn p̃ter p̃sone alteriꝰ ne
cessitatem aliqn p̃ audi
te indignitatem Cuo
aute loquendu ꝛd est quo
finis quo somo qua signi
ficatione fit ergo qui stus
simplex et humilis sanctus
mitis et suauis significatio
nem ad dulcis compo
du autem oim predicte
bor esse videt̃ q̃ tarde et ra
ro quis loquatur Unde se
nec Cuma sumat hec e
tardiloquu te esse ubas Et
ꝛo Eiusdꝫ dictꝰ est ante
qua alius diuersis tibi magna
tes est votis et silenci tempꝰ
mentu Et ite Quod tatu
esse vis nem diuersis qua no
potens ab alio exigꝫ silenciu
si tibi non p̃stat Unde seneca
Sed heu sit aliqu non solu
scolastis sed et religiosis qui
quis etiam sine causa ratio
nabili alios nati torues
oculos et vultus ostendunt
ac mi super dentibus stridendo
voces furioses emittut et se
demonem qui mitis cor pos
sidet alius exterꝛa pdunt hoi
tales hi m hoc Luciano m
beate memorie senecam as
smulantem de quo m̃ sermo
augustinꝰ sic dicit̃ p̃ furio
sas eius dictiones voces per
truces oculos et minaces vultꝰ
et tocius corpis motus ille
habitator eius interior mon
strabatur et per hec signa
visibilia tamquã per suu vas
culu quod impleuerat evapꝝ
mutatas videbat Hec auꝫ
Cales erat quod suos linguas
acutus premit et se abstinen
tes tacitur mentis instituit ac
silencii quod bonu est religio
nis obedientia deo sacrifi
cant ipi ex puersitatis ma
teria demonis et non deo mi
molant Unde m collatione
Abbatis Ioseph de cimiteriꝝ
sic de talibus dicit̃ Illud nõ
fugiale est q̃ mendax patrem
esse non credim̃ quia tm̃on
dꝫ contemptum̃ lacrymet
sed ita comotos fratres amaꝝ
ra tristitia videmꝰ quos
mendacio subplantatos est cõs
matis ad penitendu vultu
tacito pudorem̃ q̃ confunda

potuissent meritare coniuga-
lo nos existimates mihne a
pud deu rebs · quia michi est
stulmo · quod nos notare ho
minud iudico aut condemp
nare potuisset ita igit tacere
michi pdest · si ibarco nobis
indicemus silentiu ut quod age
dum coniugio fiscat · hoc tant
mutate faciamus · assimulates
quosdam gestus · quibus et ille
quem cupiate nos oportuit
vehementiore mundefiat ira
cundia · Atq; ego talis silentu
erit equalit' nocuit · qt sinu
euangelio at m altero crede
tristicia · ita m sic non prmit
tit extinguit · Nonulli quoq;
cu tristificati fuerint uel in ali
ab spe ecia pmanet · abstinet
cibo · in quo plane sacrilegii
crimen cludent · meritu · ne
mina similiter · que sic deo pio
placatione cordis et puncta
none prior · sic salutem · esse
tenda · pro diuturno tumore
tolerantes · Quod tale est · ac si
orationes atq; sacrificia no deo
sed demonibs defert · illam
quoq; mosaicam meretricu
nem meruisse audire sacri
ficauit ne demonibs · et rio do
mus quos ignorabat · hec vbi
supra dic ego predicti miseri
tam pueros lusurando q̄ ma
nifestacrido demonibus
seruitus · qui vt obtrectes se mate
riendo est illudiu · Sacrosa
illusiones non meretur · si ne
fictam sed veram humilitate
et caritate haberet · quia ne
hic ad tanta impudentiam
deuenirent · et quod admi
nens est · tales sepe absq; ha
bita esset reconciliatione

ad altare accedet · et sic accu
detes iudicium sibi maducat
et bibut · Et insup a diabo
lo excecati · quis se excu
sando dicut · quia michi ad
huc sup alia habeut non
intelligetes quia stdm ea
quod attende debet · si alq
aduersus eos quid habet
aut per bone obsequiu talem
prior · a religione seruo

Oratia virtus est tuor
a me denomu per o
tationes · obsecrabi pa
tris · sana vulnera · per confes
onem · o nutrita hec illu
minata cecitas per satisfactio
nem · et tu proterue ne magnus
me non possideat · munec
sa regna celor sibiret pura
lumine mee mentis roges et cu
pores ut simus extraneos mun
dane abrenutiare · Apro ea
et desidero · de altissime
ut qui execrentur maledicunt
pres abhominandas cogitu
tiones blasphemie michi
immisere · totoes ea pro
pium desiderio meo · mise
bilis labis et gra · actro h
bi sit in petuas et imitates
et blasphemia sua secum sit
in pditionem · Amen · De
uadeus signu de celo quos
tibus et de spiritu immudo
dum electo lib eis Cap. lxvii

Firmius ante pectus
dm aduersus blas
phema scribas
et phariseos · qui
dam ex eis pe
tierut volentes
experiri potestate dni et
capte eu dixerut · magistr
volumus a te signu videre
sibiret non quidq; sed

164
175

de celo reputabat em mi
culá dñi farisæi eo q̄ erant
cum ut certa infernū ut pu
te circa sanctarū cōpara et
similia. ideo quēbat ab eo
signa fieri circa cōpa celes
tia. forte manna descendere
ut tempe moysi. uel sonā
tonitrua. sicut tempe samu
elis. quod magnū fuit in
palestina tempe estatis. ppt
defectū materie. et potestia
agentis. scilicet solis. omnes
vapores consumentis vel ig
nem de sublimi descendē. ut
tempe helie. uel solem stare
sicut tempe iosue. uel tetro
tonā ut tempe ezechie uel
alia hmoi quasi non posset
et illa calūpniari et dicere
eo occultis et parvis actis
passionibus actendisse. Nam
qui calūpniat. cui que ocu
lis videt manu tenet veri
tate genet. quid fructus de
de hīs que de celo venerit
xp̄s respondebit et magos
in egipto multa signa fe
cisse de celo uel calūpnia
bitur. alio modo vide ori
gen. Cū multa signa vi
derent. tamē si nullū vi
derent. ita signū petebant
pro eo quia nullū videbant ut
corporali aspectu viderent. no
spirituali affectu. Ubi sciendū
q̄ aliqui malignantes de
habebant miraculis xp̄i du
plici modo accidebat
ea virtute demonū ut pos
est supra precedenti capitulo
alio modo reputando ea pua
ut dicit hoc loco Ille enim
ut si signa eius non vidisset
vel quasi que videant pua ut
nulla fuissent. temptantes eū
de celo signū querunt non ex
deuotione. et ut eo hoc ce
dant sed magis ex curiositate
et ut facilius ppm̄ p̄mis con
tradicat. Adulatores aute di
cunt magr. ut blandiores alli
ciat. quem convicijs blasphe
mauerat. Unde crisostom⁹
hmōi quos oportebat admiran
et obstupescē et credē. nul
a nequitia non desistut. vide
aute verba. et adulatione
et vanitate sut plena. puta
bant em allicē per hoc Et
nul quidem coronatus. nul
adulant². nul aut demoniū
cum vocat. nul magistrū.
veraci a pricipio consilio.
et si contraria sint que dice
bant. ppt hoc et cōtra vehemē
tenent. nec ipsos. Et q̄ male
querebat. ideo non dat eis sig̃
sed respondet. aut illis Certe
hanc mala in ope. et adulteri
in fide. qua relicto ppio viro
sponsi deo idolis seruiebat
et si idola non colebat. tñ a
vero sponso deo se alienabat
signum de celo quierunt ad ca
lumpniā contra me. quasi
alia que videbant signa non
fuerunt. Unde quo cū iudei
deo conuiciabant² dicentes.
in principe demoniorū eiicit
demones. mansuete eis res
pondit. per rationes improbans
eos. hic vero cū
laudando adulant². magrm
vocantes. aspere eos tangit
demonstrans sēm crisostom⁹

ꝑ vtraq; passione erat supe
rior et neq; contrist; in iram
conduxit² neq; adulatione
mollitur in quo ostendit am
plectenda esse obprobria et adu
lationes vitandas nam ut
ait ciprianꝰ. Vir sapiens in
furie tredit². ejy in furie lau
datur. Non sic multi mano
res huius temporis faciunt, qui
bona suadentes contemnunt
et eis tamquam contrariis
nascunt² sed mala suggerentes
audiunt. et eoꝝ adulatione
mollitur². Vtinam ac tederet
consilium sapientis, qui dixit
cholus e a sapiente corripi
q̃m stultoꝝ adulatione decipi
Deinde subiungit et signum
non dabitur ei scilicet potes
tatis et de celestibus, quale
petit ad catum̃ mam. nisi sig̃m
ionę pphete quod fuit hilu
ritatis et abiectionis contra eos
superbia Quasi dicat tu ge
nerationis prauę petis signum
celeste. et signum potentie ut
quid de sublimi. et tibi no
dabit² nisi signum tremendi et
signum passionis et infirmita
tis, significatiu signo et facto
ionę pphete. Jonas enim fuit
minutis signum duplicitꝫ
scilicet verbo et facto. Verbo
quia vnica voce eis sig̃ficia
uit q̃ perirent nisi conuertent².
facto eo q̃ fuit in ventre
ceti tribus diebus et noctib⁹.
Vbi fuerit tria. scilicet absco
dio detentio sepulture² enormi
o resurrectionis Et sic da
bitur eis signum. id est sig
nificatio in facto ionę ut
scilicet colligant² et saluet²
Non est hoc dem quasi a
lia signa an mortem dñi
non fuerint data. sed quia
mors et passio dñi fuit sig̃
perpetui et eterni et signum
signoꝝ. in quod omnia sig
na dirigebant ideo specialiter
dandum iudeis dicit² qua
si illi crederet², saluarent²
si non crederent damnarent²
sicut ionas fuit signum mi
nutis ut si vellent credere
saluarentur. si maturę subue
nirent² Non ergo dat eis
signum diuinitatis de celo
quod querebant. quia ꝑ tri
coꝝ truculentiam et malitiam
vide mdigni erant. sed
de abisso maris et pfundo
miseriarum. quale ionas ce
to voratus. sed de abisso mor
tis lubricis. et accepit et
dedit. signum videlicet in
carnationis non diuinita
tis. passionis non gloria
tionis. Discipulis au
tem suis signum de celo dedit
quibus et ne beatitudinis
gratiam. et p̃ius figuraliter
in monte transfiguratus
et post veraciter in celo
sublenatus ostendit. Quia
enim iudei et trem infirmi
erant. ideo de terris et in
firmis. signum habere debe
bant. Vnde dat eis signum
de vmo sue passionis et
sepulture dicens. Sicut

detento sepulture² enormi
o resurrectionis Et sic da
bitur eis signum. id est sig
nificatio in facto ionę ut
scilicet colligant² et saluet²
Non est hoc dem quasi a
lia signa an mortem dñi
non fuerint data. sed quia
mors et passio dñi fuit sig̃
perpetui et eterni et signum
signoꝝ. in quod omnia sig
na dirigebant ideo specialiter
dandum iudeis dicit² qua
si illi crederet², saluarent²
si non crederent damnarent²
sicut ionas fuit signum mi
nutis ut si vellent credere
saluarentur. si maturę subue
nirent² Non ergo dat eis
signum diuinitatis de celo
quod querebant. quia ꝑ tri
coꝝ truculentiam et malitiam
vide mdigni erant. sed
de abisso maris et pfundo
miseriarum. quale ionas ce
to voratus. sed de abisso mor
tis lubricis. et accepit et
dedit. signum videlicet in
carnationis non diuinita
tis. passionis non gloria
tionis. Discipulis au
tem suis signum de celo dedit
quibus et ne beatitudinis
gratiam. et p̃ius figuraliter
in monte transfiguratus
et post veraciter in celo
sublenatus ostendit. Quia
enim iudei et trem infirmi
erant. ideo de terris et in
firmis. signum habere debe
bant. Vnde dat eis signum
de vmo sue passionis et
sepulture dicens. Sicut

165
176

3. ita erit filius hois in corde ere tribus diebus et tribus noctibus

em fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et trib⁹ noctibus ⁊ per hoc videtur aliquem prendo scilicet parte pro toto fere et totam diem pro parte sabbati et partem diei dominice resurrectionis pro tribus diebus et noctibus positos qui querebat signum de celo significatus cum ostenditur superbi qui supra virtutes celestia firmamenta et omnia humane diuina structura de celo et celestibus ac secretis diuinis disputaret uel de reuelationibus et responsionibus presumentes obmissa lex scilicet precepti et completis quibus veniret ad illa ꝑpter quod oppugnat⁹ a ꝑfa. quia per hoc aliqui labitur in erronea documenta vel quia in peccatis spualia et carnalia ꝑpter quod diuinus eis generatio mala et adultera et cetera. et que nunquam non fuit scribula nec ad fidem nec mores vtilia et ideo non dabut eis signum nisi signum ionae ꝓphete. quem deglutiunt cetus. et sic deludit et deglutit eos diabolus ¶ De inde iudeos malitia qua obstinata et obduratam dns ꝑpendit exemplis quibusdam condemnat qua conuerso minuetur. et facta regine austri ostendit istos in iudicio quo omnes tam boni qui mali surgent grauius punien dos et condemnabit istos id est ostendet condemnados quia ex illoꝝ facto apparebit iusta ipsoꝝ condempnatio unde dicit non minuite quin sint assint surgent scilicet in resurrectione generali in iudicio futuro cu generatione ista scilicet inducta que similiter tunc surget et condempnabit eam id e condempnanda ostendet. scilicet primo ex comparatione ꝑpte ad ꝑpte. qr ibi minuite gentiles et barbari hic in dei ꝑpte dei secundo ex comparatione ꝑdicatis ad predicatore. quia ibi ionas ꝓphetam puto homo hic dns ihus ꝑpletans deꝰ et homo. ibi ionas peginus. hic dns tertius finis ꝑcepto ex comparatione ꝑdicationis ad predicationem. quia ibi ionas tantum tribus diebus. hic dns tribus annis ꝑdicauit. ibi ionas nullum miraculum. hic dns multa fecit. tertio ex comparatione effectus ad effectum ꝑ illi egentes pmanent. isti neq non. sed eciam addiderunt blasphemia ubi exposto illi ꝓphete receperunt. isti ipsum dnm ꝓphetarum repulerunt illi nec in lege instructi nec ꝓpheticis admoniti ad dnm conuersi sunt cognoscentes suum ꝑcm. isti tot ꝑceptis extra dicti legis et ꝓphetarum a dno recesserunt illi qui semper fuerunt ꝑpti diaboli instigatores dicti facti sunt ꝑpte dei

ista que semp videbat ppls dei
nisi a tres dies facti sut cu
ciphro dpo ppls sabbatine de
inde subdit regina austri
id e regina saba cui regnu
erat in australi parte respcu
ihrlm que non dubitat dr te
electa. et sdm quosda dice
bat sibilla. surget. id e resur
get in iudicio cum
generatione ista pessima et
condempnabit ea. id e os
tendet condempnandi hoc
est eo facto sub ostendetur
iusta istoz condempnatio
q venit a finib⁹ terre. id
est a longinquis ptib⁹. audi
re sapiam salomonis qui in
non fuit nisi solu figura dni
Ex his aggrauat iudeoz
malicia quia illa mulier
ista vir illa a remotis venit.
ista priem habuerut. illa ad
labore. ista sine difficultate
illa laudaut alienigenam
ista condempnauerut pprium
terrigena illa ad ipm venit
quem sola fama cognouit
ista pbata miraculis contemp
serut. illa ad puru hoiem
ista ad deu et homes. illa ad
munerib⁹. ista ad obprobria
et vulneribus dr ecce plus
q̃ salomon hic fulget xps
preciat⁹ posteris. qua hic
deus. ille homo. ille sterca
habuit terrestrem. hic om
ille edificauit templu defec
tibile. hic indefectibile. ubi
crisostom⁹ regina austri.
cui esset genealis et mulier
ob tantu longitudine uiarum
venit ad eu nec pt' infir
mitatem sexus est impedita
concupiscentia eius sapietie
infirmitate dabat veritatem
ista aute vir et sacerdotes &c
ppter eu esse debuerat amatie
sapiam ante oculos suos et
in medio gremio sapiam
postam contempserut.
Illa ad homes cultu ut
ista a deo recesserut. Illa
munera multa obtulit ut
audiret eu. ista aut nec
prima regni munera offerre
pere voluit ut credant
Et ideo regina austri
venit a finibus terre ad
audiendu salomone. et
sapiam noluit venire de
plateis ad audiendu xpm
multa erad de ecclia ejecti
et sibi xpm solu reliquu
het crisostom. Mystice hic
dampnata plebe iudeoz
ecclie mysteriu secretum
explicat que i minimis
et in regnis austri de to
tius finibus orbis con
gregat. et in illis fides
gentiu. israheli anteferr
Due eni sut partes ecclie
vel duo gnia hoim in ea.
unu quod peccauit. sed
desistit per penitentia. et
hoc significatu est per
minutas de quoz pcto
legit. alteru quod nulla
liter- non peccauit. et hoc
significatu est per regina
austri. de cuius pcto non
legit. unde ambrosius
ecclia fidelium ex gentib⁹
collecta. que in min

uias per pmam ptenta p
cata dlet. et m regna hui
pl que electa esse no du
bitat per sapiam cauet
futura m iudicio condep
nabit generatione hanc
nequa. dampnabit autē
non sentencie potestate. sd
compatiois exemplo. qr
pferē ecclia synagoge tpe
duobus igit constat ecclia
ur aut petare nescias. aut
petare desistas. pemteria
em petra dolet. sapietia
cauet hec ambrosius poe
nitentias eciam sic fiat
petores ad voce predica
tois pemteriam agentes.
et per regnum austri sm
plures. sapiencia dpi de
hoc qrentes. quoru
salus scdm sententia sal
uatoris pbemē saluti e
orum qui sibi vidēt
iusti uel sapietes. et de
sul iustitia uel sciencia
psumetes. nimirū quoq
mīptant germina plu
ctitudinis. ideo ecia signi
ficat possit iuuenes ex
istentes in statu potissimo
illuctuis qui solent de fa
cili ad vicia declinare et ad
bona mone de facili
pemte. ppt quod subditur
q fecerūt pemteria ad p
dicatione bone qui colum
ba mīptat. et ideo per eu
simplicē admonet signi
ficat per regnum vero
austri significat pdicatio
rationalis. que si bene re
gat vires inferiores per
dictamen legis nature. di
cat regna. Sed si hoc facie
eo caritate feruore thu dicat
regna austri. eo q ab austro
uiuent feruor caloris. signi
ficat feruore caritatis et hec
regna uent ad veru salomonem
ihm. dpm per deuotione. af
fectu et auctu sapietie et ge
mas virtutu et aromata bo
ne fame ipius uendo ad diui
nu honorem. Eo facto igitur
iuuenu predictoru. obstinati
senes et eo facto die bene et
eo caritate se regentis. aia
frigida et negligens codep
habiles ostenduntur. qui per
generatione iudeoru signifi
cant. post hec dns contra
iudeos nolentes assimulari
minutis. quia eo pemteria
pdicante non pemtuerunt. ut
regnum austri. qua ea docete
non didicerunt. inducit exem
plu ad arguenda mgr atitu
dinem eoru ostendens eos
similes homi. prius a de
mone obsesso et post liberato
et utero pprie negligentia
plenius possesso. Ra primo
diabolus habitauit in eis
qui erat in egypto viuentes
scdm ritu egyptioru. qui ex
pulsus fuit ab eis. dpi in fi
gura dpi mactanerunt ag
nu. et sangine eius linti sut
ipi et legem accepere ut. que
excludebat cultu demoniu
et mducebat ad colendu vnu
deu verū. et sic erectus transijt
ad possidendū plenius gen
tiles sine lege et pphetarū
oraculis viuentes. et ideo eos
teriebat in ydolatria subiectos
Sed aduemente dpi pdica

tione et aptoz · inde pro maio
ri parte incredulu remanserut
gentiles vero deuote fidem
xpi acceperut · et sic diabolꝰ
electus a gentilibꝰ reuersus
est ad possidendu populu iu
daicu ex hoc exectatu · et fa
ctu est nouissima huius ppli pe
iora prioribus · qua peiori
e modo qm a principio an
legem datam fuerut statuꝫ
eiusꝫ · unde aut dicit mundus
spus scilicet diabolus mundi
ficet et mundicias diligen
vel inhabitas · demones em
dicunt spus mundi uel affec
tione qua diligut mundi
vel persuasione · qua suadet
munda · uel inhabitatione
qua inhabitat corda mundo
rum scilicet a
pto iudaico · qua sdm am
brosiu in uno homine totꝫ
iudaicu ppli comparatꝰ est
a quo uiuente adhuc sub le
ge nature mundus spus eo
rat per susceptione legis
mosaice · ambulat per loca
arida et inaquosa id est co
da gentiliu · priuꝫ humore
gracie et uere fidei · ac pm
quedme spus sancti careria
ritu idolatrie · et maculas
criminu ab emittendo · que
rens in eis requiem id e
quietua mansione · appetes
ibi finaliter manere · per mis
delitate et dominatione · et
non inuenit · qua aduemente
xpo et predicatibus apliꝫ sus
cepta xpi fide inde erecto
fuit · Cui dicit intra se reuer
tar ad domu meam e ad
populu iudaicu unde exiui
eos dimittendo et reme
niens eam vacante ab ob
seruacia legis · et operibꝫ
iustitie per negligentia
ac fide et bonis operibus
vacuam et xpi hospite
non habente · et scobis mu
datam ab opibus virtutu
superficialiter et sdm appa
rentia · qua ppli mundici
habebat quanda exteriore
rem mundicia · sicut enim
scoba non tollit tenaces
sordes · sed superficiales · ita
xpi · quod deforis e scope
bant et mundabat · de mu
dicia exteriore querebat
sed nitius splendidi remanebat
et ornatꝰ exterius per ipo
crisim et bonu simulatione
pter legis apparentia et
traditionu pharisaicaꝝ ob
seruantia · Cauguit ergo
tria que dat locu diabo
lo · scilicet otiositate · sanctu
tatis presumptione et inu
tili simulatione Similit
hodie timenda est ecclie
ne olim expulsus ab ea
diabolus inueniat ea mu
catem ab observatia ma
datoꝝ dei · et scobis mu
datam sdm exteriorem
